SVMMARIVM.

DE Mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi D. A. C. siue R.P.D.Capraræ eius in Ciuilibus Locumtenentis, & ad instantiam D. Francisci Antonij Maturi fil., & hæredis ab intestato quondam Iosephi Maturi possidentis ante illius obitum Iura familiaritatis, & postea vigore statuti de continuanda possessione Patris defuncti omnia, & singula bona mobilia stabilia &c.moneantur infrascripti &c. nominan., & cognominan. quatenus intra triduum &c. quilibet ipsorum debeat ab omnibus, & singulis molestationibus &c.eidem D. Instanti &c. sub quouis prætextu &c. super omnibus, & singulis bonis hæreditarijs dicti quondam Iosephi Maturi &c.destetisse &c. immò dictum D.Instantem &c. in quieta, & pacifica possessione omnium, & singulorum præfatorum bonorum manutenuisse &c. manutenereque fecisse expensas damna &c. D.Instanti refecisse, & per præmissis Sententia mandatum de manutenendo &c. per nos ferri &c., & relaxari Ius, & Iustitia ministrari &c., & insuper inhibetur &c.eisdem &c. quatenus statim visis &c. audeaut &c. supradictum D.Instantem, in, & super dictis bonis &c. molestare &c. quouis prætextu &c.in fidem &c. Romæ ac die 2.Aprilis 1677. Num.1. *Monitorium.*

A.Caprara Locumtenens.
Antonius Felix Petrochius Notarius.

Die 8.Iunij 1683.

Locatio domus in Platea Sancti Marci facta per D.Abbatem Benedictum de Rubeis Economum, & Curatorem D. Francisci Antonij Maturi D. Dominico Tartaneo per sex menses ad rationem annuorum scutorum 45. cum disdicta per 15. dies ante rogitu Vitellij nunc Pacichelli Notarij Capitulini Protocoll.par.2.fol.565. Num.2. *Locatio domus legatæ in Platea S.Marci.*

Die 23. Nouembris 1682. disdicta eiusdem domus facta per Dominum Tartaneum Inquilinum per eadem acta manual. actor.fol.769.

*S*equntur aliæ Locationes, & disdictæ non excedentes d.annua ♉ 45.prutt de præsenti reperitur locata.

Fidem facio per præsentes ego Notarius publicus infrascriptus, qualitèr die 7. Ianuatij 1696. Paulus Buttilierius Cur. Capit. Mandatarius vigore mandati de immittendo Num.3 *Instrumentum possessionis hæreditatis qu.Fran*

A in

cisci Antonij Ma turi.

in possessionem bonorum hæreditariorum quondam Francisci Antonij Maturi relaxati ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Iosepho de la Tremouille Sac. Rotæ Auditore ad instantiam RR.PP. S.Stephani Ordinis Sancti Augustini Venetiarum hæredum testamentariorum dicti quondam Francisci Antonij Maturi per actaD.Caroli Francisci Francisconij die 7.Septembris *1696.* in Instrumento huiusmodi possessus inserti ad quod &c. immisit in realem, & corporalem possessionem vnius Domus positæ in Regione Pineæ in Platea S. Marci in via tenden. ad Apothecas oscuras iuxta ab vno latere bona D.Ioannis Baptistæ Gallucci, ab alio Illustrissimi D.Caetani deCencijs,& antè dictam viam saluis alijs &c. supradictos RR.PP., & Ven. Conuentum, & prò eis Admodum R. P. Baccalaureum F. Iacobum Gapesium Procuratorem substitutum à Reuerendissimo P. Procuratore Generali Ordinis prædicti præsentem, & hæc inter cætera contenta in Instrumento dicti possessus per acta mei, vt supra rogat. in quorum fidem datum Romæ die 20. Martij 1706.

Ita est Io:Antonius Cimarronus Curiæ Capit.Not.

Die 22. Ianuarij *1689.*

Per acta Bellecti nunc Fatij Not.A.C.&c.

Portione di Monsignor Illustrissimo, e Reuerendissimo Ciampini Casa num. 3. posta in Roma nel Rione de Monti alli pantani stimata da Giuseppe Arcucci Arhitetto ——— ——— ——— ∇	1012. 64.
Luoghi sette del Monte ristorato seconda eretione ——— ——— ——— ∇	700.
Luogo vno, e mezzo del Monte S. Pietro 4. eretione ——— ——— ——— ∇	150.
Luoghi quattro del Monte San Pietro 5. eretione ——— ——— ——— ∇	400.
——— ∇	2262. 64.

Num.4.
Instrumentum diuisionis hæreditatis q.Francisci Antonij Maturi.

Portione del Signor Domenico Ciampini vna Casa num. 4. posta in Roma nel Rione de Monti alli Pantani contigua alla sudetta stimata dal medemo Architetto ——— ∇	1467. 56.
Luogi otto, e mezzo del Monte ristorato seconda eretione ——— ——— ∇	833. 33.

Luoghi

— ♉ 2300. 89.

Luoghi 2. del Monte ristorato seconda eretione — — — ♉ 200.

Luoghi sette, e mezzo del Monte S. Pietro 4. eretione — — — ♉ 750.

— ♉ 2288. 42.$\frac{1}{4}$

Partite 21. è scudi 109. ba: 40. moneta rescossi da Gio: Martini Bereschi dalli 15. Giugno 1684. à tutto Decembre 1687. per pigione della detta Casa à S. Marco à scudi 45. l'anno non compresoci scudi 49. baiocchi 97. $\frac{1}{4}$ moneta, sìche resta à dare per detto tempo quali bonificarà la Signora Giouanna Drosilla Maturi alli Signori coeredi.

Die 13. Martij 1706.

Sac. Congregatione R. Fabricæ S. Petri = de Augustinis Notarius. Num. 5. *Declaratio cum noua cessione Iurium.*

Prò RR. PP. Sancti Stephani Ordinis Sancti Augustini Venetiarum hæredibus Testamentarijs, & Beneficiatis quondam Francisci Antonij Maturi contrà R. Fabricam S. Petri, in Officio &c. Reu. Pater NN. Procurator Generalis totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & specialitèr constitutus à dd. RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum, & in termino citationis ad dicendum contra protestationem inhærendo traditioni domus in Platea Sancti Marci vna cum cessione Iurium facta vsque, & de anno 1697. per acta Cialli Notarij Eminentissimi Vicarij sub die 28. Iunij seù &c. RR. PP. Sancti Gregorij Vrbis illius Legatarijs sine vlla interposita mora medio iuramento tactis &c. declarauit, & declarat dictos RR. PP. hæredes beneficiatos de pensionibus ipsius domus, nec, & obulum per annos 15. à mense Decembris 1682. secuta mortis occultè dicti Francisci Antonij vsque ad annum 1698. possessionis, & contemporaneæ traditionis domus ipsis Legatarijs exigisse, seù exigere potuisse quatenus, & exigibiles essent adhuc agnoscentes illorum exactionem spectare ad Legatarios per, vt de Iure, ideò iterum inhærendo dictæ cessioni Iurium factæ vsque de dicto anno 1697. cessit, & cedit omnia, & singula Iura quomodolibet competen., & competitura dictis RR. PP. hæredibus beneficiatis super dictis prætensis pensionibus domus prædictæ contra quos de Iure ad fauorem ipsius

R. Fabrice Sancti Petri, & aliorum prout de Iure talia tamen qualia sunt, & dummodo &c., & non alias &c. de quo &c.protestans &c. petens &c.omni &c.

Num. 6. *Instrumentum concordiæ cum D. Dominico Ciampino.*

Die 6. Maij 1699.

Cum RR. PP. Sancti Augustini &c. Sancti Stephani Venetiarum hæredes testamentarij qu. Francisci Antonij Maturi preuio Iudicio intentato coram bon. mem. Cardinali Taurusio tunc Illustriss., & Reuerendiss. D. A. C. Locumtenente sub die 5. Nouembrij 1691. &c. per acta tunc quon. Mazzeschi nunc mei &c. sententia super immissione in possessione bonorum hæreditariorum dicti qu. Francisci Antonij obtinuerint contra B. M. R. P. D. Ioannem, & Illustr. D. Dominicum Fratres de Ciampinis ac D. Drusillam Maturi vti pretensos heredes ab intestatu eiusdem q. Francisci Antonij &c., & delata in gradu appellationis huiusmodi Causa in Sac. Rotæ Romanæ Auditorio, & commissa bon. mem. R.P.D. Vrsini Auditori fuit resolutum dictis RR.PP. Ordinis S. Augustini, vti hæredibus scriptis competijsse, & competere immissionem bonorum hæreditariorum dicti qu. Francisci Antonij, & sic sententiam dicti Cardinalis Taurusij approbatam, vti ex decisionibus diebus 28. Iunij 1694., & 21. Iulij 1695. emanatis cumsecutiua sententia &c. per acta Cicelli &c, per preter alias secutas coram R. P. D. Dellatremouille, & R.P.D. Ansaldo in prosecutione litis cum predicta D. Drusilla cumque post dictam pretensa decisionem dictas bon. mem. Ioannes dictusque D. Dominicus liti, & causę prædictis cesserint, & renunciauerint in cuius cessionis, & renunciationis executionem fuerit disputatum super reintegratione dictæ hæreditatis in bonis alienatis, & restitutione fructuū perceptorum ac refectione expensarum in Causa factarum ac decisum manserit dictum D. Dominicum teneri, & obligatum esse de reintegratione bonorum alienatorum prædicte hæreditatis ad solutionem scut. 2290., & obul. 70. monetæ, e pro fructibus perceptis à Die motelitis ad restitutionem scu. 778.66. monetæ, & sic in totum scut. 2969. 36. vltra expensas de more taxandas, vti ex alijs decisionibus die 23. Iunij 1698. coram dicto R. P. D. Vrsino &c. causaque predicta in hoc statu manente fuerit inter dd. RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum &c. ex vna dictumque Dominum Dominicum Ciampinum ex altera partibus denique conclusum manserit &c.

Quod expense per dictos PP. facte eidem Domino Dominico remi-

remictantur &c. idem Domino Dominicus incontinenti persoluat in computum dd. fructuum scut.500., & in causa eorum fructuum prædicti PP. bonificare debeant eidem Dominico scut. 100. monetæ à dicto quondam Francisco Antonio D. Ioanni Cimarrono legata, & per dictum D. Dominicum soluta &c. pro residuo soluendo dicti RR. PP. concedere debeant dicto Dominico dilationem duorum Annorum &c. cum hoc, quod teneatur soluere fructus ad rationem in dictis decisionibus expressam etiam post dictas duas vltimas decisiones decurssas, & alias vsque ad totalem solutionem decurrendos pro summa prædictorum bonorum, vt supra alienatorum &c., vnde volentes ampe partes &c. in publicum &c. redigere documentum.

Hinc est, quod in mei &c. personaliter constituti præfatus Admodum R. P. Magister Nicolaus Seranus Procurator Generalis &c. Sancti Augustini &c., &, vt Procurator specialis dd. RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum &c. ex vna supradictus D. Dominicus Ciampinus &c. ex altera partibus mihi &c. cogniti &c. affirmantes &c. prædicta omnia narrata vere fuisse, & esse, & vti talia reiterantes &c. in quorum igitur concordatorum executionem supradictus D. Dominicus &c. inhærendo &c. renunciationi dictæ litis &c. supradicta Rotalia Iudicata, & dictas decisiones &c. approbauit &c., & ab eis non reclamare vnquam promisit &c., & dictus Admodum R. Magister Nicolaus &c. declarauit &c., quod per præsentem contractum cum dicto D. Dominico initum non intendit &c. aliquo modo preiudicare dicto. Ven. Conuentui, & PP. Sancti Stephani Venetiarum &c. respectu aliorum in dicta Sententia, & decisionibus circa præmissa comprensorum &c. remisit dicto D. Dominico Præsenti &c. omnes expensas in dicta lite à dictis Patribus commodolibet factas &c. prædictus D. Dominicus Ciampinus, se fecit, & constituit &c. debitorem &c. dd. RR. PP. Ven. Conuentus Sancti Stephani Venetiarum &c. occasionibus in dicta sententia, & decisionibus expressis in summa scut. 2969. 36. monetæ nempe per rata scut. 2290. 70. in reintegrationem pretij bonorum predictorum hæreditarium dicti qu. Francisci Antonij Maturi ab ipso D. Dominico alienatorum, & pro restanti rata scut. 678. 36. in reimborsationem fructuum per eum perceptorum à die motelitis libere &c. in quorum scut. 678. 36. causa fructuum &c. deminutionem prædictus R.P. Magister Nicolaus &c. recepit à prædicto D. Dominico &c. scut. 500. monetæ &c. quietauit &c. vlterius &c. in Causam pariter dd. fructuum bonificauit &c. dicto Domino

Domi-

Dominico præſenti &c. ſcut. 100. monetæ per ipſum D. Dominicum prædicto D. Ioanni Antonio Ciamarrono per perſoluta in ſatisfactionem legati à dicto quondam Franciſco Antonio Maturo &c. facti &c., & reſidualia ſcut. 2369. 36. monetæ ad computum dictæ ſummæ ſcut. 2966. 36. reſtantia dictus D. Dominicus ſoluere &c. promiſit &c. dictis RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum &c. infras duos Annos &c. in pluribus vicibus &c. interim verò dictus D. Dominicus promiſit &c. ſoluere &c. dictis RR. PP. &c. fructus &c. vſque ad effectualem eiuſdem ſummæ ſolutionem &c. ad rationem in dictis deciſionibus declarata &c. actu &c.

Franciſchius Notarius.

Die 31. Auguſti 1700.

Inſtrumentum concordiæ cum hæreditate b.m. R.P.D. Io: Ciãpini.

Sequitur narratiua ſimilis, vt in d. alio præcedenti Inſtrumento ommiſſa ob breuitatis gratia.

Et deciſum manſerit d. PP. tantem auditis prædictum R.P.D. Ioannem Ciampinum teneri &c. in reintegrationem bonorum alienatorum ſoluere dictæ hæreditati illiuſque hæredibus in primis &c. 1070. monetæ per ipſum percepta ex prætio domus poſite, vt dicitur alli Pantani eidem in diuiſione obuente, & ab eo dicto prætio alienate &c., & relaxandum eſſe mandatum pro fructibus perceptis à die motelitis ex locis montium, & penſionibus d. domus &c. in ſumma ſcu. 764. 84. &c., vt in deciſionibus die 23. Iunij 1698. coram dicto Reuerendiſs. Vrſino Decano &c. cumque ac causa in iſto ſtatu reſtante fuerit inter dictos RR. PP. Sancti Stephani hæredes præfatas ex vna, & Illuſtriſs., & Reuerendiſs. D. Aloiſium Priolum Sac. Rote Auditorem, & à dicta Sac. Rota ſuper negotijs hæreditatis d. bo. mem. R. P. D. Ciampini ſpecialiter deputatum partibus ex altera &c. denique concluſum &c.; quod in totale reintegrationem bonorum hæreditariorum dicti qu. Maturi d. hæreditas qu. Io: Ciampini &c. perſoluere debeat d. RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum ſcut. 1070. loco pretij domus hæreditarie alienata &c., quæ &c. inueſtiri debeant &c. per euictione d. domus &c. alia ſcut. 297. 33. per fructibus locorum decem montium prætium d. domus &c. loco penſionum d. domus à die 9. Auguſti 1690. ad formam ſententiæ dicti Eminentiſsimi Thauruſiij &c. alia ſcut. 231. 72. &c. pro fructibus vocorum duodicim cum dimidio montium eiuſdem qu. Maturi hæreditariorum, & in diuiſione dicto Domino Ioanni Ciampino obuentorum, & ab eo pariter

riter ex actis à prædicta die 9. Augusti 1690. &c. , & quo ad partitam scut. 259. 59. monetæ in maiori summe à dicto D. Abbate de Rubeis exact. , vti Æconomo &c. , & d. R.P. D. Ciampino per sua portione &c. remitti debeat decisioni dictæ Sac. Rotæ &c. in quarum summarum &c. ad scut. 1589. monetæ ascendentium satisfactionem d. hæreditas Ciampina ressignari debeat d. RR. PP. Sancti Stephani Venetiarum &c. tot loca montium &c. vnde volentes partes prædicte &c. in publicum redigere documentum hinc est &c.

Sequitur dispositiua d. Instrumenti rogitu Franceschini Not. A. C. cum rassignatione locorum Montium breuitatis gratia pariter ommissa.

S A C R A

CONGREGATIONE

Reu. Fabricæ

S. PETRI

Romana, seù Veneta

Legatorum

P R O

Ven. Cónuentu, & RR. PP. S.Ste-
phani Ord. S. Augustini
Venetiarum.

Summarium.

Romæ, Typis R.Cam.Apost. 1706
Superiorum premissu.